

AA. 17. 27. querere Deum, si forte attrahent: quæ actio cæcorum, vel cæcutientium amisso du-
dore.

81. Ut magis adstringatur nodus, exponenda sententia Ethnicorum de statu ani-
marum à corporibus separatarum. Deduci ad æthera, vel ad inferos, plurimi automa-
runt; quippe etiam aliqui Stoici negaverint, uti videbimus Tautolog. seq. num. 32. per-
plures credere, quos videris apud Sertlog, de Antig. Hebr. lib. 1. Dissert. 4. sect. 19.
num. 150. Necessè est animus (ait Cicero lib. 2. Tuscul. qq.) quo nihil est velocius, ita fe-
ratur, ut penetret & dividat omne cælum hoc, in quo nubes, imbres, ventique cogun-
tur. Quam regionem cum superavit Animus, naturamque sui similem contigit & agno-
vit, iunctus ex anima tenui & ex ardore Solis temperato; ignibus insistit & finem al-
tius offerendi se facit. Cum enim sui similem & levitatem & calorem adeptus est, tan-
quam paribus examinatus ponderibus, nullam in partem movetur (Hispanicè, Una Alma
boba) eaque ei demum naturalis est sedes, cum ad sui similem penetravit; in quo nullo re-
egens aletur & sustentabitur isdem rebus, quibus astræ sustentantur & aluntur, &c.
ineptissima. Sic esse, Stoicis vita est otioitas nimia: itaque disposuerunt ibi animabus
academiæ, diversis gradibus & ordinibus, ab æthere sub Luna usque in sidera; ubi
quæ infra, sapientiam audiunt à superioribus, ibique manere cæpyrosim usque univer-
si. Ita Seneca usquequaque; sed expressius de Consolat. ad Marciam, cap. 25. insigniter
accissat, & furenter insanit. Vide diætæ ex illo, num. 35. Alij in ipso orbe Lunæ ibi se-
dem habet quicquid est divinum. Confule Plutarch. libell. de Facie in orbe Luna; sed
prius audi Iocentem Tertullianum, & Philosophorum horum nugis insultantem adunco
naso. Ubi erit (ait de Anima, cap. 54.) scholæ regio in tanta distantia diversioriorum?
Qua ratione discipule ad magistras conventabunt tanto discrimine invicem absente?

Cicero.

Ubi ex Eth-
nicis, &
quid agebat
anima extra
corpus?

Tertull.

Trismeg.

Validum
argumentum
pro Angelo-
rum cogiti-
tione.

Ethnicis nõ
attribuendi
plures erro-
res, quam
babuerunt.

82. Non fat Ethnicis tot errorum copia, quin attribuantur nova ingeniosa deli-
ria? Longè à cunctorum, quos viderim, cogitatione, quos Doctiss. Navarrus congerit
in Syntagmate. Contra omnes Theologos arma dirigit, & scienter hypotheseis astruit.
Vult nã videri novus Ismael, cuius manus contra omnes; & videbit manus omnium
contra se, vel dum exponit, ut ipse fatetur, digna amano Philosopho, atque Theo-
logo dogmatico. Singula non excutio; possem hæcine ludens, sed lubeas fieri, quia pro-

promissi & amore veritatis, & Eminentiſſ. sententiæ Auctoris. Ad quaestionem de possibi-
bili, quam de iure (præmissa de facto) vocat colendus mihi Navarrus; ipse respondet
Proleg. 1. §. 1. Evincitur Ethnicos non potuisse cognoscere Angelos. Quid Proleg. 4. §.
unic. num. 178. astruit? Ita: Respondeo breviter, quod potuerunt. Fateor in nexum igno-
rantiam meam, ne cum ipso recantem palinodiam.

83. Ergo in serâ, siquidem manet stabile ex ipsis Ethnicis cognovisse Angelos,
præter sunt substantiæ spirituales, mediæ inter Deum & homines, per se substantentes, com-
pletæ, incorporeæ ac immateriales, intellectuales, uni Deo servientes; quorum noti-
tiam varijs erroribus Philosophi corruperunt, quæ obscurata quoad cognitionem natu-
ræ, sed nequaquam existentie, nisi apud Atheos. Animas autem racionales in corpore
dixere Genios, quoniam sequebantur singulorum genituram, mente discernentes vera à
falsis, virtutes à vitijs: post separationem à corporibus Laræ vel Lemures, sumptis ap-
pellationibus vel à favore, vel à noxa, Dæmonum specie defunctorum, apparentium, &
superstitionem Ethnicorum hæc simulachris confirmantium, ut viventes crederent,
quantumvis pessimi, convertendos in Heroas, vel Semideos, vel Divos; dum videbant
peioribus dicari templa, deductis in alia. Attamen has animas propriè esse Genios,
vel Dæmones nulli credere; sed tantum per apothésim: quandoquidem etiam obscura
& obscurata fabulis, notitia de Angelica natura, nunquam abolita de existentia. Satis de
Ethnicorum fatuitate.

84. Veriones principalis Tautologiae sparsæ in Litera, sed non omittendæ in operi-
seriem. Non tentabis Dominum Deum tuum, sicut tentasti in loco tentationis. Rabb.
Ionath. De non tentando Domino, sicut tentasti in decem tentationibus. Samarit. Sicut
tentasti eum in Massab. Syr. Tentasti in tentationibus. Pers. Non tentabis, sicut tenta-
stis in Massab. Caictan. ex Heb. Non tentabis Iehovach Elohe vestrum, sicut tentasti
in Massab. Maluend. Elevabitur Iuhub, & secundum quod elevastis in Massab. Nunc ali-
quid ad mores, ne succumbamus suggestionibus Dæmonis.

Epilogus
excurs.

ADINATON EXEGETICUM.

- 1. Non tentabis Dominum, sicut tentasti. Timor debet transgressoribus ingeri, memoria nequaquam clementie: & ut reviviscat timor, offensus Dei exponitur amor; ne inveniat iniquitas implacabilem ultorem, quem primo in lapsu prætermisit indulgentem.
- 2. Non tentabis Dominum, sicut tentasti. Tentatione uti electi in via probandi: cupiebant terminum felicem sine labore: & huiusmodi inordinata libido designatur ut tentatio; igitur sine patientia patientie quærere laurum, est sanè tentare Deum.
- 3. Non tentabis, sicut tentasti. Non tam signator tentationis articulus, quam acerbitatis modus, cogitantibus improbis quasi deliquim amoris, et penam immitti pro scelere audacis acerbitate; amore percusso tam turpi cogitatione.

- equidem palam magnitudo gratiæ, dum latet gratia sub doloris specie.
- 4. Non tentabis Dominum, sicut tentasti. Peccaverant, sed sic erant: diciturque Dei tentatio huiusmodi impenitudo; quoniam sic esse cognoscendo delictum, est propriè tentare Deum.
- 5. Non tentabis Dominum iterum, sicut tentasti; & tunc incolomis evasisti: siquidem vana fiducia, & in Dei tentationem maxima audacia, sed inducere in criminis occasionem, quoniam potens est Deus removere discrimen, vel conferre libertatem.
- 6. Non tentabis, sicut tentasti in loco tentationis. Notatur locus; ut excusetur excessus. Tentationis locus est mundus; taxaturque è vita imperfectâ Monachus, modò vivat in clauſtro, quasi viveret in mundo.

DIDASCALIA PRIMÀ.

Quò indulgentior liberalitas, eò inexcusabilior perverciacia.

UNDE ergo hominibus tanta audacia, & experta Domini innata misericordia? An quia experta? Summum flagitium ma-

lignitatis, confruere iniuriam ex gratiâ benefactoris. Pessimum protectò cor, cui (ut canit Virgil. Eclog. 3. v. 101.)

Amor exitium est.

Mm 2

Mæ.

Conclusio.

Quid intena-
derit d'omb
ex corruptio
ne nutritæ
Angelorum?

Varietas
Lect.

Virgil.

Merenti occurrit, imò occurrit, ignorantem instruit, cæcum dirigit, cadentem erigit, faucio medetur, pœnitentem consolatur. Sicine amoris divini officia, & nulla à dignatis gratia, imò cogitata offensa? Signum sanè in animabus improbz fertilitas, retribuere largienti mala pro bonis. An divitiis bonitatis eius & patientie & longanimitatis contemnitis? Ignoras (ait Paulus) quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Cur igitur in commendatione bonitatis divinæ, meministi Paulus tam longanimitatis, quam patientie? Longanimis quis erga eos est (infit Chrysolomus. Homil. 2. in Epist. ad Coloss.) quos ulcisci potest: patiens erga eos quos non potest. In cunctis lucet benignitas, longanimitatis bonitas; sed magis adducendo homines ad pœnitentiam, ne iterent ex indulgentia in beneficium iniuriam: patientique dicitur, dum longanimis ostenditur; quippe peccatores magis ac magis ingrati, quasi non posset ulcisci.

Rom. 2. 4.

Chrysol.

Unde Dei maior gloria, ex magnanimitate vel patientia?

Marthal.

Die mihi quem portes volucrum regina Tonantem?
Nulla manu quare fulmina gestat?
Amat.

En hominum cogitatio in perniciem, dum contemplantur Deum sine fulmine tonantem; ac in expressionem amoris in insitam fragilitatem humani generis: siquidem indulta iterantur offensa, quia cogitant amantem, & sine fulmine.

Deut. 6. 16. 17.

2 Non tentabis Dominum Deum tuum, sicut tentasti: custodi præcepta: dicit Moyses rebelli populo de servitute Ægyptiæc mirabiliter erepto, & tot gratijs continuo ac muneribus dignato. Connexio sanè apta inter custodiam divinorum præceptorum, ac Dei tentationis effugium: quippequam Dei tentatio perspicua; ab ipso sperare dona, quin custodiantur præcepta. Non tentabis, sicut tentasti. Tentare Deum, semper malum, igitur demonstrat vel rationem præcipitem, vel cordis malignitatem: quare ergo ne tentetur, addit Moyses præcipitatem tentationem? Terror transgressoribus debet ingeri, & nullo modo memoria ingenitæ indulgentiæ: quo ergo intuitu, ne replicent improbi culpam, exponit in Deo ex tentatione patientiam? Ut formentem iram: equidem iterato crimine, pullulante iniquitate, experientur denudò inimicum & ultorem, quem primo in lapsu invenerant indulgentem. Interfecit Achillem Apollo, è cælo fulmine iacto, atque in audacem retorito: verum post stragem insitumque vulnus, fulmen re-

Maior vindicta ex criminis indulgentia.

versum in Apollidis manus. Ita accingit Quint. Smyrn. 3. *Paralip.* belli Troian. vers. 83.

Aura corruptum Apollini reddiderunt: Non enim fas erat, ut interiret Immortale iaculum, à Deo profectum.

Quint. Cal.

In speculo ingeniose fictionis, obijcitur periculum cæcæ mentis, & exacerbatio amoris: equidem si reduplicata culpa, quoniam prima clementer dissimulata; improbus inveniet iram, ubi sedentem aspexit priori in tentatione patientiam. *Nunquid mittes fulgura & ibunt, & revertentia dicent tibi, Adsumus?* Mittit Deus & adfunt, ut constet hominibus in pœnitentiam amoris ingenium: equidem si non nocuerunt eiacula, dum pecebant prima crimina; accidit ex flamma amoris, & nequaquam defectu potestatis. Mittit, ut transgressores cognoscant tonantem; & adfunt, ne audacia iterum probarent in crimen; pietate conspecta, atque iniquitate indulgentia: diciturque pro cordium aberrantium pœnitentia, etiam missa tela habere; quia experientur fulminantem, quem nullum præ clementia cogitant habere fulmen. Amor invitat in pravitatis condignam respicientiam; minime ut pietas fovat procacem malitiam: etenim si primò indulsit favore pietatis, in eo Deus preparavit vasa mortis.

Iob 38. 35.

Amor intermis cū accubitate fulminis.

3 Non tentabis, sicut tentasti. Fac pœnitentiam, non tentes: pœnitentia est, præterita mala plangere, & plangenda non committere: patetque Dei tentatio, pro criminum pœnitentia, alia committere crimina. Possidere cupiebant terram felicem, & iniquitatibus querebant felicitatem. Tentatio est: equidem mens audax, insipiens cor; sufficere pro dolore peccatum, & non timere præ peccato supplicium. Si semel tentasti, ne iterum tentes, atque exhaurias criminibus fontem pietatis: quippequam ulciscetur gladius iustitiæ, despectum lamentabilem divinæ misericordiæ. Exiens probarunt acta, quis temerariò gliscibat vana fiducia. *Omnes (ait Dominus) qui viderunt maiestatem meam. Quamnam? Offendi, & ignoscere: tentari, & favere: dicitur indulgentiam maiestatis specimen, quoniam collocat longanimis in clementia maiestatem: igitur amplior Domini maiestas, condonare, & etiam gratijs, debitoribus iniurias. Omnes qui viderunt maiestatem meam, non viderunt terram pro qua iuravi.* Cur ingenita pietas commota in bilem? Quia viderunt, despicientes maiestatem, quæ exacerbata indulsit, atque tentata

Maiestas summa in iniuria condonata. Num. 14. 22.

tata pepercit: & nequaquam in requiem introibunt; quippe iterum tentaverunt.

Text. Serpentis cōditio.

Ferunt, serpentem baculo semel percussum, exanimem reddi (ait Ravil. Textor in Offic. lib. 7. cap. 40.) sed si iterum feriatur, reviviscere. Agitatus serpens primum prudens sublinet ictum, nec vomit faucibus in nocentem lethale præfens venenum; quippe insigne prudentiæ, aliquando tolerare, & ad levem, imò gravem attractum ut vitrum non resillire. Prudentes fiant homines ut serpentes; & fugiendo inimicitiarum occasiones, & serendo toleranda, minime tolerando quæ non ferenda: igitur ut confringant audaciam, non respondendum, aut respondendum sulto iuxta stultitiam suam. Qui patiens recedit tanquam exanimis, reviviscit iteratione doloris: etenim uti serpens toxicum eiacularur, quo percussor in mortem usque percutitur, tummis cruciatibus pretiosâ spoliatus vitâ; quoniam serpentis abusus primâ patientiâ. Serpenti confertur Christus, in crucem à percussoribus exaltatus.

Iniuria quomodo & quando ferenda?

Ioan. 3. 14.

Improbi expelluntur in tartara, quia Dei abusi patientia.

Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Ibi percussus, imò ictibus pendit exanimis, præ violentia ex cruciatibus doloris. Percussit iterum? Criminibus rursus sibi metipsis crucifigunt improbi Dominum. Toleravit vulnera, sed ut denudò percussus, percussus abuteretur patientiâ, qua illorum intendit blandè convertere corda. Vulnera super vulnus diligentem coincidunt, & super dolorem vulnerum etiam addunt; quoniam sustinuit opprobrium: sitque labor quod subsidium, detractis in tartara, atque æterna supplicia; quæcâ improbitate abusi tantâ patientiâ.

Num. 21. 9.

Luc. 13. 48.

Præsertim quæ ulterius progrediamur in Didascalie propositum, obiter discrimen considerandum inter serpentem Moysis exaltatum in deserto, & Christum Dominum exaltatum in ligno. Ibi serpens illæsus, & homines percussus: hic Christus percussus, verum homines illæsi. Quicunque percussus serpente non aspicerent, sanabantur; sed salus non obstrinxit, quominus iterum laberentur. Recesserunt, postquam nacti salutem, sed in crimina. Recesserunt, qui viderant Redemptoris mortem, verum pœnitentibus pœtoribus. Cur igitur suscipiens Redemptoris signum, tantum discrimen inter signum & signatum? Dicam. Culpa præfigurabatur in serpente, pœna in percussorum vulneribus: in cruce autem e contra, in exaltato namque videbatur pœna, ac in videntibus culpa. Ubi culpa videtur, cor in

offensa pœnitentiam compungitur; quippe cogitatur non dolor ex dolore, sed ex caritate, atque maiestate offensi, qui bonitate summâ diligendum super omnia. Ubi pœna videtur, cor cruciatu dolet; sed sublata, iterum in crimen cadit: illic dum dolore torquentur, qui percussus aspicerent sanabantur; quoniam ex pœna tantum in salutem veram, ubi respectus dolentis solum intendit in culpam: illicque cadunt, dum à serpente oblici faciem avertunt; quippequam salus frustratur, & cor nequaquam compungitur, ubi divinam non respicit in maiestatem offensam, sed duntaxat per illam, pœnam illaram.

Exaltatum peccata, non cogitata peccati pœna, sed culpa.

6 Percussio pœtoris signum sanè pœnitentis, atque compunctio cordis, quod sui tædet (quippe se plus iusto amavit, reflectendo amorem, in divinam tantum dirigendum maiestatem) ascendendo per dolorem pœnæ in cognitionem iniuriæ. In videntibus serpentem, inerat pœna: in videntibus Christum, duntaxat culpa; quippe languores nostros ipse tulit, & dolores nostros simul portavit. Christus innocens patitur, & cor videntium convertitur; igitur rationale, quod percuterent micisti pœtoris sua, videntes propter peccatum tot supplicia in innocentia. Facilis conversio, ubi offensa in amorem ingeritur pœnitendo: facilis secus avertio, quæ mentis languor; ubi solummodo de dolore dolor: hicque præ dolore videntes percutunt pœtoris, & ibi saxis profectò offendunt duriora, quia propter culpas respiciebant pœnam, hic propter pœnas cognoscebant culpam. Aprius. Conversio etiam Gentilium elucet ex morte Salvatoris, exaltati in sumpite crucis. *Omnia traham ad me ipsum:* inquit. *Omnia, sicut exaltatus fuero à terra.* Aliter, quin intercederet cordis compunctio, contigit exaltato Moysis serpente in deserto. Cur ergo si signo, Iudaorum faucia corda durebant; Gentiles ad vulneratum sine vulnere discedentes convertuntur? Visa in Christo pœnâ, illicò ipsorum cognita culpa: ductique sunt; atque attracti pœnitentiâ; quippe dolore vehementi Salvatoris dolorum, venerunt statim in pœnitentiam criminum: Iudæique etiam vulnerati corruunt, & minime sentiebant patratam iniquitatem; sed ex iniquitate, quem pariebantur, dolore. Ergo in scopum. Traxit igitur ad se Assertor per eadem avertum mundum. Quo ergo pacto mundus ita avertus, si ex cruce per mortem tractus? Adinsit serpenti Christus primos incurfus sustinuit, iniurias, opprobria,

Commoet in pœnitentiam peccatorem, pati innocentem.

Ioan. 12. 32

Clanditur
tanta cle
mentia ubi
fiducia in
illam cres
cent auda
cia.

Ezech. 24.
13.

Rom. 8. 33.
Alapide.

Yer. 34.

Despectus
amor inopla
cabilis.

Unde gra
tia, ibi vin
dita.

bria, imò mortem patienter toleravit; ut amore & criminum indolgentia, in offensum converterent penitentie corda. Fiducia clementia, & misericordia, vires irerunt audacia, quasi semper insensibilis, qui semel patiens, ac cum exandescat pietas, dum proteritur benignitas, e peccatore perasus merito expellit, quos in cruce semel patiens in viscera traxit. Apposita est medicina, sed Babylon non sanata. Volui & nolui. *Mundare te volui, & non es mundata*, ait Dominus per Prophetam: etenim cum abuteretur clementia, in ampliora execrabilia crimina; passio & mors, quae penitentes iuvant, pro improborum supplicio merito clamant.

7 Audiamus Doctorem Gentium, & illustrissimum propositi testimonium. *Quis accusabit adversus electos Dei?* Nota cum Alapide hic: *Non eos, qui electi sunt effaciet & immediatè ad gloriam caelestem, sed eos qui electi sunt ad fidem & gratiam Christianismi.* Valida vox, & consolatio plena. *Quis accusabit adversus electos Dei? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Deus qui iustificat: quis est, qui condemnat? Christus Iesus, qui mortuus est, imò qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.* Ah! Quis? Christus Iesus. Contra nos? Pro nobis tormenta atque mortem pertulit, & ante Patrem nos arguit? Qui surrexit, ut nos transferret de morte ad vitam; qui est ad dexteram Dei, ut cum illo habeamus gloriam; qui ibi vulneribus exhibitus, interpellat pro nobis, manus gerit criminantis. Videtur incredibile, Munus sanè repugnat amori. Propter nimiam charitatem, qua Deus hominem dilexit, filium dilectum in passionem misit, & non pepercit. Quis ergo nunc contra nos? Christus nò qui pro nobis mortuus est? Nullo modo, contraria alitrix dilectio, sed urget in damnationem, quem pro nobis interpellavit iudicem; quoniam homines, audaces spreverunt dilectionem.

8. Homines sine illius morte nequibunt feliciter vivere; & statuit, quia dilexit, in cruce mori; maiorem charitatem nemo habet & habuit Christus maiorem, quam vitam prodigere pro dilectis. Amplior erat pro inimicis, ut reconciliaret gratia, quos devierat offensa: & quos reduxit devios, damnat ad inferos, tradens in aeternam poenam; quoniam improbi & ingrati perfudarunt tantam gratiam. Qui erant longè à ianua caeli, facti sunt propè Salvatoris morte,

Obiunxque perit, cum insit amor. *Veteres cedunt ignibus irae.* Ut canit aliò in Hippolyte. Tragicus vers. 352. Modòque qui morte traxit, in mortem aeternam urget; quoniam tot tantaeque gratias proaciter mutaverunt in benefactoris iras. Quod tanto studio contempsit amor, dignarum amicum dispertit furor. Dicit idem in Medea à vers. 895.

Pars ultionis ipsa. Vindicta levis est. Incumbe in iras, teque languentem excita. *Penitensque veteres peccatore ex imo impertus* *Violentis hauri.* Etenim si obstringit vineolis gratitudinis corda, singularis, ultra vortum, collata gratia; gratia inanis expulsiōne gratitudinis, etiam in amoris fidem, Christo pro illis demonstrante mortem, quae illos instanter accusat, quanvis pridem à iudicio liberaverat: siquidem morte illius salvi ita student offensis, quasi qui passus in cruce non moreretur pro illis.

9. Ulterius. Christus pro illis mortuus, verum labor totus cassus, avertentibus gratiam, reuenticibus benevolentiam; etenim si aliquando irreperet praefragilitate, vel malignitate crimen, advocatum, est offensum ipsis vulnerum signis Salvatorem habebant apud Patrem: ipse excusat, ipse interpellat, & modò improbos accusat; quia ius est, experiri ut iudicem, atque vindictam criminum, quem noluerat advocatum. Amorem redolent ipsa vulnera imò pacta, in illiusque signam servat in caelo vestigia: & qui mortuus pro illis, in illos exigit sententiam damnationis, quin vulnera valeant, nec iram in provocantes infringant: igitur rutilant in tribunalis signa integerrimae iustitiae, quae in corpore Salvatoris erant insignia clementiae. Homines natura filij erant irae, filij poenae, filij gehenna, ex qua retraxit moriens Christus in cruce, videntibus hominibus singularem gratiam, & ineffabilem Domini misericordiam: ipseque qui mortuus pro libertate illorum, premit in damnationis iudicium; ut conflet & gratia iudicis & audacia improbitatis, quin possint irae quæti: cum patiuntur ex iure: quidem patet quam exacta ex ipso iure iustitia, dum sententiam profert ipsa iudicis clementia.

Super eos effundam quasi aquam inam meam. Quasi aquam? Utique in iudicium formam. Aqua clara licet, manus iudicis sententiam è tribunalis in criminosos describit iuxta decreta iuris, praescrip

Senec.

470 T

471

Idem.

Peccator

parvipedis

Christi mor

tem.

472

473

474

475

476

477

478

479

480

481

482

483

484

485

486

487

488

489

490

491

492

493

494

495

496

497

Non profertur
sententia, du
bia iustitia.

Virgil.

10a. 19. 34.

Sanguis Chri
sti mandat
à criminum
sorde.

Peccatorum
obstinatio.

Non solum
illor accu
sant pecca
ta, sed Chri
sti vulnera.

que legis: aquaque confertur ira in iudicium; ne frangatur nimia severitate sanctiones legum: quandoquidem ut rite etiam in delinquentem fulmineat sententia; debet ex ipso iure iustitia esse clarior aqua. Aqua purificationi deservit. Unde Virgilius 6. *Aeneid.* vers. 229.

Ter sacros pura circumtulit unda. Iraque divina confertur aquae, quae ob lenitatem symbolum sanè clementiae; igitur percellit animum, quantumvis benignum; dum severitas plectit ex iure peccatum; quòd ex clementia transgressores legis aggravent crimen, cum exhaurire possent cordis purificationem. Alia *Didasc.* 2. n. 7. Ubi Afferor benignior, quam in cruce? Saluti nostrae consulit in ipsa morte. Necdum illa flamma amoris extincta: ex aperto latere exiit sanguis & aqua. Sanguis in pretium, aqua in signum: igitur si criminibus corda fordide polluantur, sanguine Christi efficaciter mundantur. Nulla profectò industria animarum lavantur stola, nisi in sanguine agni. Modò in Domini iram, qui in hoccine sacro sanguine totam effudit clementiam. Sicut aqua effunditur ira. Sanguine Christi possunt homines lavari, si coinquinati aliquomodo crimine. Reuunt venudati sub peccatis, haurite aquas de fontibus, vulneribus Salvatoris. Quærant immunditiarum fetidissimam cisternam, quae continere non valet pietatis aquam, ubi ad aquas vulnerum possunt venire sitientes, ut liberentur à culparum maculis. Nihil coinquinatum intrat in gloriam: & aquam clementiae effundit Deus in vindictam, conversis peccatoribus in vasa iræ; quia habentes fontem pietatis, noluerunt purificari.

11. Præterea. Deus iustificat, & Christus condemnat. Non condemnat, quod Deus iustificat; sed hominum ingratitude nem notat: igitur tendunt præcipites in infernum, quos Deus volebat amore iustificare per Christum. Nihil habebant in lytrum captivæ miserabilis animæ, præter vulnera eius pendens in cruce. Hæc ostendit in iniurie satisfactionem, ut homines possint ingredi in felicitatem. Exit sanguis, sed non aqua, quia præ Christi clementia fovet & vitia: damnanturque ab amore interpellantis pro illis, dum abutuntur in pietatem armis pietatis; quippe ad tribunal non tantum crimina accusant, sed etiam vulnera Redemptoris clamant. Tendebant prius mancipati sub tyrannide demonis, culpe catenis in aeterni flammis ignis. Eduxit vindictam in fortitudine in libertatem fi

liorum, dato sanguine in pretium; pro cuius nobili spectabili trophæo, vulnerum vestigia micant etiam corpore glorioso, ut iudex respiciat merita, respiciens vulnera, & concedatur in munus filiorum gratia. Ecce summa pietas & flagrantissima charitas, Deus his attentis iustificat: & Christus aversos damnat, trudens in poenam, quos vocavit ad gratiam; quippequam habentes libertatem filiorum, ultrò dederunt se in captivitatem demonum. Denique. Quæ non passus pro illorum nasciscenda salute? Succubuit mortietiam solvit quod non rapuit; ceterum deviant à gratia, quanvis pro illis interpellent vulnera. Revocat à perditione, sed illi manent in iniquitate. Vocat, fugiunt; trahit, sed renunt: meritoque, qui pro illis mortuus, accusat, & simul pietate damnat; quippe desperat illorum conversiones, dum tanta frustratæ iacent demonstrationes pietatis.

12. Dicit Paulus. Condemnat improbos Christus Iesus, qui pro illis mortuus est; qui Patrem, nec irascatur, incessanter rogat; qui pro illis, ne damnentur, interpellat; qui pro gloria illorum surrexit à mortuis, & gloriosus etiam sedet ad dexteram Patris. Ad quid mors illius, ne illi morerentur; si forte illius in aeternum damnantur? Quorsum gloria Christi resurgentis, & assumpti in Empyrium, si illi detruduntur in infernum? Quorsum tot pietatum insignia? Ut iustinetur damnationis causa, ac inopium ex clementia constet quam vana fiducia, obduratione cordis, & obstinatione voluntatis: equidem obdurata sanè peccatorum crimine, obiectis passione Christi, anastasi, & attentione; quorum corda non movent in poenitentiam nec passio Christi, nec mors, nec gratia exhibita, nec futura in caelo gloria. Perpendamus connexionem. *Deus qui iustificat, quis est qui condemnat?* Christus Iesus, qui ne condemnarentur, mortuus est. Iesus & mortuus pro illis? Profectò. Morte Christi facta fuit iustificatio. Ad gratiam admisi Christi sanguine & morte, à qua recesserunt, quia gratis iustificati: Christusque pro illis tanta passus, vulneribus criminatur, causaque damnationis ab ipso amore dirimitur; quia criminibus crebris ausi contemnere gratiam, quoniam morte Christi in primis nacti sunt misericordiam. Ni per Christum, minime Deus iustificaret, nec offensam læsæ maiestatis remitteret: Christusque quos traxit amore culpæ catenis in aeterni flammis ignis. Eduxit vindictam in fortitudine in libertatem fi

Corda dura, que in poenitentiam non movent passio Christi, gratia promissa, & gloria superventura.

2

Unde Christi
piani ma-
ius enat?

à gratia recesserunt iustificati per ipsum. Misericordia eius à progenie in progenies timentibus cum ob iustitiam exactam, & nequaquam desipientibus promptitudine pietatis innatam misericordiam: equidem mala & male mentis gaudia, misericordiae fiducia, qua cogitant, quod semper talvos faceret, quia semel fecit. Deus per Christum iustificat, at abdicta gratia vexat: si quidem minimè criminibus parceret, qui propter crimina illorum nec filio proprio pepercit.

Pl 20. 12.

13 Huiusmodi confidentia implet animabus tartara: igitur Christi amantis cogitant sanguinem iustum, & mortem, & nequaquam ob illam iudicem vindicem. Afruit Psalmographus. Quoniam declinaverunt in te mala, cogitaverunt consilia, que non poterunt stabilire. Mala peccatorum pœnæ sunt; & Christi, ne inorerentur peccatores, mortuus est: verum peccatorum debacchatur furor, unde Redemptoris favor. Quia in Christum pœnæ criminum declinarunt, peccatores puniendi cogitaverunt. Sed quid? Resipiscentiam? Studere in vita normam? Implorare veniam? Consultare penitentiam? Nullo modo: consilia prorsus, que nunquam poterunt stabilire. Quznam utique consilia, nunquam, tamen cogitata, stabilienda? Prolabi præruptè in culpam, & sperare Domini misericordiam. In peccatis iacere, & velle iustificari: despiciere gratiam, & sperare gloriam; quia licet criminibus pœna debita, in Christum sanè declinarunt mala; etenim mortuus pro illis, ut eximerentur à pœnis: & qui pro illis mortuus acerrimè fulminat, cruciatibus vexat, pœnis gravat, atque tormentis destinat perenni inferno; quoniam fatua cogitatio, in patientis iniuriam, iniurijs crebris considerare patientiam. Clarius, Deus cogitat cogitationes pacis, minimè peccatorum perdisiones; etenim misit filium in inferiores partes terræ, hominum consulens desiderata saluti, ut per illum consequerentur gratiam, & post vitæ cursum gloriam. In hæcine intendere debebant consilia hominum, ut tenderent recto tramite in cælum: at sine illo tramite cogitaverunt, quod nunquam poterunt stabilire. Cogitarunt semel, iterum atque iterum à gratia averfi, in pristinum statum gratiæ restitui. Cogitarunt inventam, imò obviam misericordiam: gratia Salvatoris, ac infinitis meritis pretiosi sanguinis, nunquam possidendos à pœna; quoniam in Christum declinarunt mala; hæcineque consilia, cogi-

Vana peccatoris cogitatio, parcendum solum per, quia semel & iterum.

tata à pravo corde, nunquam poterunt stabilire, detrusi in infernum propter improbum consilium; quoniam nec firmum nec stabile, cogitare amittere iniquitatis gratiam, quia ad gratiæ restitutionem priùs invenerunt clementiam.

Ierem. 12. 3

Definantur in damnationem, quia iustificati ratione cernunt in crimine.

14 Patientia in priora crimina, cogitata est in deterius; ut posteriora parrarentur securius. Sanctifica eos in die occisionis: facer exclamat Vates. Sanctifica, restituitur penitentibus gratia; equidem in clementiam urget fragilis natura: at si quia parcendo abundantiam pietatis manifestas, tendunt iterum in culpas; ne dimittas, sed gratiam pridem collatam fecernas in gravamen, & illorum occisionem: equidem gratia donati reciderunt pravi in crimen. Cogitationes de opulentia diffusiva pietatis, pessimè ad peccandum suppurationes: stabilire non possunt pravitatis consilium, expellentes à clementia propter clementiam suffragium: igitur tædet etiam misericordem, benignissimum, patientem, oriri abundantiam criminum ex cogitatione copie misericordiarum. *Pietate sua demonstrat nobis Dominus viam vite*: ait Doctor mirificus atque Pater Benedictus in Sancti. Regul. Prolog. divif. 4. Non excitare debet pietas nova scelera, sed compescere priora: siquidem mortis aternæ & neutiquam via vitæ, offendere amantem cogitatione clementiæ. In misericordiae lacte acuitur gladius iustitiæ: & quæ pietatis ubera, erunt in temerarios fulminum flamma. Ut eluceat propositi veritas, mentem construxit Antiquitas. Canit Manilius Astronom. lib. 1. cap. 5. vers. 150.

Cuius ab uberibus magnum ille ascendit Olympum,
Lacte fero creescens ad fulmina, vimque tonandi.

Manili

S. Benedictus

Via in vita, non despiciere clementiam.

DIDASCALIA II.

Patientia in cælum omnino necessaria.

1 Non tantum patientia necessaria, sed interdum propter gaudia multa patientia, quippequam multa patientia pervenit ad gaudia. Alta sanè virtus perit, ubi nunquam pervenit, si animo cadit. *Latius est, quoties magno sibi constat bonestum.*

Lucan.

Ni-

Idem

Nihil in huiusmodi certamine nisi fastidium, conanti pro viribus expugnare cœlum.

Bella fugis? Quaris iugum cervicæ vacante.

Senec.

Patientiam volentiam ipsam, que gravis acerbitas.

Igitur excutitur dum portatur, & portatur dum excutitur. *Verberat & lacerat fortuna? Patientiam* (inquit Seneca de Provident. cap. 4.) *non est sevitia, certamen est: quò sapius adierimus fortiores erimus. Præbendi fortuna sumus, ut contra ipsam ab ipsa dævemur. Nihil miserum est, quod in naturam consuetudo perduxit, paulatim enim voluptati sunt, que necessitate ceperunt. Tædet esse Profani. Ostendit, qui in exemplum nostrum præcucurrit; igitur sciens omnia que ventura erant super se, processit. Ergo imitemur strenuitem in virtute certaminis, intuentes gratia exitum conversationis.*

Deut. 6. 16.

2 Non tentabis Dominum Deum tuum, sicut tentasti in loco tentationis: dixit Moytes Israelitis, consulentibus felicitati sine labore: & huiusmodi inordinata lubido, Dei probationem mittentis, designatur ut tentatio; igitur sine patientia patientiæ conari laurum, est propriè tentare Deum. Perpenderis. Tentatio in tentatione ostenditur, & simul locus tentationis demonstratur. Pro genij humani malicia apponitur medicina: igitur nullus in tentatione tentationis incurtus; si per patientiam ingruenti tentationi non datur locus. Quid igitur Deus intendet in hominum vexatione? Longè utique à dilectore benignissimo vexare. Ergo quid? Vexat, ut sublevet; mortificat, ut vivificet; secat, ut sanet, & constituat in gloriam, quod perfici nequit nisi per gloriam.

Dei intuitus in tribulatione.

Ovid.

Luxuriant animi rebus plerumque secundis.

Nec facile est aquà commoda mente pati. Magnum malum est, non posse ferrè malum: igitur extra se debet exire, qui exteriora non potest tolerare. Deplorandus status, ubi necessarius stertus. Falleris: patimur levia, si ploranda patimur. Persecutio toleranda, non fienda, estsi tranquillo animo inolefeat persecutio. Tu ne cede malis, quantumvis tolerantia ignivoma accendatur iracundia, & vires fumat hostilitas à patientia: onus sanè leve, quod tibi videtur grave. Ergo exponenda illorum magnitudo, quæ *Prosunt sola nocendo.*

Idem.

3 Discamus igitur ab illo, qui mitis est & humilis corde, cunctis affectis dicente: *Iugum meum suave est, & onus meum*

Math. 11. 30.

leve. Videtur hominibus quasi impossibile, & dicitur suave? Accedite ad Deum & illuminabimini. Gustate, & videte quam suavis, etiam dum premit pectora curis. Importabile est à non portantibus, verum subiectis nec onus. Onus persecutiones sunt, adversitates sunt: sed si pondera, suavia; si onera, levia; quippe levant & non gravant: equidem in cælum non moverentur animæ sine adversitatum pondere. Infertur animabus meditanter tribulatio, sicut pondus horologio. Est apta similitudo, ut constet nullus tentationis excessus, supra id quod possumus: equidem iuxta vires pondera tribulationis; quippe nimio pondere necesse est, quòd distumpantur, & sine illo animæ non moverentur. Opus est sanè animabus nostris æquo pondere, tuncque onus leve; quoniam rotarum perficitur ordo.

In cælum non volat animæ sine adversitatum pondere.

Mobilitate viget, viresque acquirit eundo. Virgil.

Ut canit alio Virgil. 4. *Æneid.* vers. 174. Vide Symbola apud Petram Sanct. lib. 8. cap. 9. & Picinell. in *Mund. Symbol.* lib. 21. cap. 10. num. 110. Nullus quit esse de gravitate questus, si levat pondus: & ubi a Christo vexatio immittitur anima, tribulationis onus dicitur leve; quippequam si in cælum motus velocior, dum pœna diorior; adinstar horologii anima divexata pondere levior.

Virgil. Cur similes horologio?

4 Non est in pondere pondus. Alio etiam symbolo afruit floride August. *Alia sarcina pondus habet* (inquit in *Psalm.* 59.) *Christi sarcina pennis habet, nam & avi*

August.

si pennis detrahbas, quasi onus tollis: & qui magis onus abstulisti, eò magis in terra remanebit. Quam exonerare voluisti, iacet: non volat, quia tulisti onus: redeat onus, & volat. Quomodo pondus quod fursum? Ergo levisima onera, pondere levatur anima à terra. Aves homines sunt, & aves cœli, tendentes in nidum beatitudinis patriæ cœlestis: nec volare carnis pondere possunt. Volandum fursum: sed quomodo? Afruet arte tribulatio, quæ per pœnas aptat corpori pennis, ut rumpat auras: onus plumæ sanè sunt, sed onus leve, quia pondere plumæ pennisque conferuntur tribulationes, homines ponderibus onerantes; quoniam ex terrenis vinculis voluptatum, ut plumis pœnis eleventur in cælum. Deus trahere conatur renitentes à terra, ne post vitæ cursum descendant in tartara. Excusantur, quia fursum iter, & pondere carnis, à conatu elevationis: Deusque mittit levitatem, pondere tribulationum, quæ non aggravant; ut ab hu-

Pennis pennis.

Nu mo

mo citi surgant, & usque in cœlum ascendant. Grave planè videtur, quo homo in terris tribulatur; igitur ingemiscit & pariter usque adhuc, quia gravat pondus: at fallitur, dum erigitur; quoniam quas patitur penas, ut surgat, habet ut alas. Qui secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt: qui verò secundum spiritum, quæ sunt spiritus sentiunt. Illis tribulationes videntur pondera: his autem pondera levia. Illis onera tribulationeum: his verò pondus alarum; sine quibus quasi detractis plumis aves iacerent, & in cœlum non volarent. Deficerent sanè, si deficerent pœnæ, sicut volucres à quibus avulsæ plumæ: onusque leve dicitur, ubi vexatio plumis volucrum confertur; quippe homines onere tribulationum, assumunt pennas ut aquilæ, & non deficiunt. Votum Davidis: *Quis dabit mihi pennas, & volabo & requiescam?* Pennas ad volandum? Aliter quorsum? Contingit habentibus tribulationem, non tamen conformitatem: habentque penas & nequaquam volant; quia se impatientiâ super se non levant: *Minimè beatus qui tentationem habet, sed qui suffert, imò perfert.* In requiem petit pennas, quæ solum ad motum valent; ac in tribulationibus invenit requiem: equidem pœnis duntaxat requiescunt, si corda ex illis elevantur fursim.

Pennis tribulationum volam in cœlum.

Plal. 54. 7.

Iacob. 1. 12.

Plant.

Iob. 4. 7. Et pro sicut.

Sine pennis vola.
Dicit Probanus in *Asinar. Act. 1. scen. 1. v. 80.* Difficillimum: imò promptum, dum urget hostilitas, quippequam pœnæ convertantur in pennas. Quis dabit pennas in volatum & requiem? Quisquis in hominem miserit tribulationem.
5. Altipulatur in solamen Iob, opportuno paradigmate Eliphaz. *Homo (ait) nascitur ad laborem, & (pro sicut) avis ad volatum.* Illustris profectò comparatio, ut commoda perfectionis perpendat homo. Nascitur homo in cœlum, idèo Deus constituit erectum in æthera vultum: laborque signatur, ubi homo destinatus in cœlum, in lucem oritur; ut ipsi in via pretiosa consent momenta laborum, quippequam sine labore nequaquam habetur cœlum. Sicut penna dantur avi, ita labor datur homini. Difficile utique patet, dum homo labore iacet prostratus in terra, & ales vagatur, quoquò placuerit, per aëra: pennique avis conferuntur & proprie labores hominis; igitur per tribulationem incurfionibus mortalitatis illatam, homines adintra volucrum elevantur super terram. Semita per devia & avia, persecutio-

num, demonstratur animabus, tendentibus in Olympum, carpentibus arduam, sensibus ignotam, viam: etenim ita oportet pati, ut ingrediantur in gloriam; quippe sine instrumento penarum non possunt erigi fursim: & ad volatum homini dantur inolestia, quemadmodum avi conceduntur plumæ; siquidem detractis ab anima penarum pennis, semitam cœli profectò ignorabit avis. Sedere fatagit, & consequi æternam felicitatem, ubi crebro volatu obtinet perpetuò requiem: sine labore impossibile prorsus, quicquid sollicitent sensus: laborque homini imponitur & tormentum, sicut pennæ alitibus ad volatum; quoniam nullis alijs alis potest federe in cœlestibus, nisi tormentis, pennis & perfectionibus. Homines patriæ cœlestis obliti, itineris arduitate fursim invitè impelluntur: nec pedem movere volunt, nisi trahantur. In funiculis Adam, laboribus & pœnis, trahendi: animis renitentibus, demonstrata violentia, dum tracti, si tracti, funibus: pro gloria animæ suaviter & fortiter à Domino strauunt molestia: in hominemque intronitit laborem, sicut pennis ornat avem; qui nullo modo mittit plus pœnam in pœnam, sed ut pœnis, ut pennis volet in gloriam.

Cur alitum plumis similes tribulationes?

Illarum mentia.

Hebr. Maluendi.

Quid Prester?

6. *Homo nascitur ad laborem, sicut avis ad volatum.* Triflatur homo conditione naturæ, quippe onus grave: & ut cesset querimonia dolentis, pondera penarum describuntur avis; siquidem pondus nequaquam dicendum, quod deservit ad volatum. Leve utique onus est, cum alis fugiat insidias aucupis, & laqueos hostis; quod nî haberet, in mortem usque subiret: diciturque meditante avis volatus, ubi hominis ærumnis quassatur pectus; quoniam non onus onus esset in pœnas, si uti volucris in fugam secaret alas. Hebr. *Homo nascitur ad laborem sicut scintilla fursim.* Maluenda: *Sicut prester.* Scintilla profluit ex ferro candente, maxime tunso icibus mallei. En pectus afflicti hominis, & votum nactum perfectionem mittentis: igitur ex igne icibus perfectionum, scintilla rationis profluit fursim. De pretere dicit Plinius *lib. 2. cap. 48.* Flamma cœlestis est, nubem rumpit, exardescit, ignem habet. *Ardentior, accensusque dum furit, Prester vocatur, amburens contacta pariter, & proterens.* Sicut flammæ presteris, ita influxus hominis perfectionis. E cœlo in pectus mittitur, ut cor exardeat, nubes oculorum in lachrymas rumpat; & postquam ultra terrena cœlestia tangat, terrena cun-

cuncta ambustu valido proterat, quoque in cœlo tanquam in sphaera quiescat: etenim claret ex tribulatione commodum, dum motu, flammæ & impulsu mens perducitur in cœlum.

7. Inter ratioocinia Democriti, ut quid summum in confortium, referuntur *Pœna & Beneficium.* Vide Plur. de *Tarda Dei vindictæ.* & Plin. *lib. 2. cap. 7.* Quæ summe distant, in vitam beatam cœli pietates confortiant: equidem nullum maius hominibus beneficium, quam pœna tribulationum. Vides animam? *Dum discernit cœlestis reges (Genebr. Dum iudicat, punit, ulciscitur) super eam, nives dealbantur.* Absit ab hominum iudicio huiusmodi iudicium ærumnarum; quàm discretionem facit prudentia, imò iustitia, tribulationum. Inter medios ceros, nigredine imbutos permanet anima, prona scillante sensu in crimina; & loco libertatis in peccatorum munditiam, cœlestis rex reges decernit, seu tyrannos super eam. Pietas rutilat, dum ita patientem gravat: quandoquidem scelestum gravaretur nigredine, nî tyrannorum quassaretur continua persecutione. Cognoscit Deus signum nostrum in illicita utique quæquæque propensum: & in tribulatione manum aggravat, punit, & vexatos vexat; ut non labantur in crimen, ad quod habent propensionem: etenim parvipenderent maculam iniquitatum, nî experirentur ex voluptate tormentum. Hinc clementer fulminat: *Effundam quasi aquam iram meam:* etenim si à clemente dolor tribulationis immittitur; non aliò, nisi ut anima dolore purificetur. Vexatur anima à crimine, & vexatur à Deo, ut sospes exurgat à vexatione; ac refrigeretur ab iniquitatis igne. Quæ maior etiam in ira clementia? aquæque effusioni Dei confertur gravis ira; quia per ærumnas, mala persecutionum animabus afflicti sollicitat refrigerium. In puritatem animarum molitur opus, cuius cœlestis intuitus: candorque nivis ostenditur, dum iniquitas punitur; quippe in supplicio illato, etiam à Iudice offenso, tota æstantis cogitatio tendit in custodiam legum, atque artificis penâ candorem morum. Per ceros seu lebetes in Babylonica dirâ servitute, pre se fertur captivitas, atque nigredo peccati. Educere fervos peccati clementia Dei ex captivitate intendit, & ut voto potiarur, vexatos punit: equidem cum ex animo dolore contrito; cordis immundi formetur purificatio; punit, ut purget; plectit, ut lavet: quippequam contrahentes à contagione nigredinem,

Plal. 67. 15. Genebr.

Deur ple. Sit, ut purificet.

Ose. 5. 10.

Candor acquiritur, cum anima tribulatur.

perfectionibus crebris dealbantur supra nivem. Optima agris medicina & à clementia, dum supplicia pro munditia discernuntur; igitur nisi penâ, nullo modo dealbaretur. Hæc est ira? Continetur in ira misericordia & miserationum abundantia: equidem irasci necessarium, nî sicque irascetur.

8. *Tunc promptior erat venia, cum fuisset commotio maior iracundiæ. Prærogativa ignoscendi (inquit Ambrosius de Obitu Theodosii) erat indignatum fuisse. Optabatur in eo, quod in alijs timebatur, ut irascereetur. Hoc erat remedium reorum.* Altius operatur Dominus interrogando per dolorem, patrans sine dolore iniquitatem: igitur signum veniæ species terribilis iracundiæ. Ne indignetur, indignatur ut pater in flagitij fugam, & in inimicis gratiam: cuius indignatio ita pignus amoris & dilectionis, removens filium à via, seu potius à prærupto iniquitatis; ut in eo formidabile optetur, nimirum quod irascatur: siquidem quod disponit ut supplicium, reorum apparet amicabile remedium. *Nisi quia Dominus adjuvit me, paulominus habitasset in inferno anima mea:* compunctus inquit David. Plura obijciuntur in peccatorum utile documentum. Infernus hic dicitur peccatorum, de quo *Tautolog. sic. in Exposit. lit. num. 35. & Didasc. 4. num. 47.* In peccatum utique declinasset, ac in peccato persisteret, nî Dominus adjuvaret. Quomodo adjuvit, si in tot scelera impigit, & furiosus coruens irruit? Quia vulnere medicinam Dominus pius deplorato icibus crebris apposuit. Peccavit, peccaste cognovit: verumtamen quia omnino furiosus; ut sanaretur vulnus, additus gladius & gladius. Vide *2. Reg. 12. 13. & 18.* Pro medicamine amentis, congruit sanè emisso sanguinis. Hoccine iuvamen, vel gravamen? Aliud videtur agrot, & aliud medico: cognoscetque tempore delirus æger, quid pro medicina cogitaverit archiater. Reus erat culpis & criminibus inferni ignis; & disposuit Dominus iratus ingenium tribulationis, qua pressus angitur: periret David, nî quod timebatur, Dominus irascereetur: equidem misit iratus perpetuum dolorem tribulationum, in remedium amentis & auxilium. Patet medici amor, dum agrotantis digladiatur agrot: igitur si cessaret ingruens ac valida persecutio, agroti anima habitasset in inferno.

Ambros.

In Deo signa veniæ species iracundiæ.

Plal. 93. 17.

Quæ indicatur pœna, est vulnere medicina.

9. Refert Paulanas in *Baotic. c. 290.* Ibi esse *Lapidem* vocatum *Sopronitidis*, Pauli est, resipiscentiæ, seu mentis revocatio-

Nn 2

nis,

nis, quia pra infantia volens Alcides sagittis occidere patrem Amphitruonem, Minerva in cerebrum demisit lapidem, cuius ictu percussus, Hercules respuit in se reversus. Unde Seneca in *Hercule Furvent*, vers. 1041.

Senec.

Errat acies luminum.

Percutitur, ne erret, igitur in crimen rueret, nisi ictus mentem revocaret: claretque dolor in dolentis iuvamen, dum dolor excusat & errorem & crimen: quandoquidem praerupte in cuncta grassaretur furiosum modo deficeret ad respiscendam ictus. Si mentis sit revocatio, ictus provenit a caelo: quippe nunquam ictibus hominem gravat, nisi ut in mentem persecutionibus redeat. Quo rubeat felicitate David? Iram Dei provocabat furens in ultionem, quin se agnosceret furentem: at cum in reorum remedium, decernat Deus incurfiones dolorum; furiosum adjuvit, dum ictibus impetus fregit, & mente captus respuit: igitur dolens cognovit in se reversus per poenam, ab inferni tormentis erutam animam.

Huius tribulationis revocatio enota mentis.

10 Minime transcurramus reflexionem in persecutorum solamen, ne aegre ferant frequenter venientem e caelo perfectionem, sed in mentem. Quid prodest ira? Adjuvat mala.

Senec.

Exoritur aliquid maius ex malo malum. Ut plura possis, plura patienter feras.

Patientia in patientiam necessaria.

Urgent inimici & validi. Teter, & feres, imo vinces. Facilius est ignoscere, quam ulcisci. Urgent: quid si provocent? Non exigua laus, pacem habere, & cum his qui oderunt pacem. Patientia infantur, & in ampliora audent. Etiam docent, & in miseria laborant, dum prius quam te, sese vexant. Aquis tribulationis quod plus late-
re verberabantur Arca, eam a terra magis elevabant in sublime. Exigui specimen animi, inimicos placide non posse ferre. Pericula molliuntur in scandalum. Extingue flammam litium. Ride & rumpentur.

Iniuria ridenda.

Publ. Mim.

Magnarum virum est, negligere ladentem Qui enim vindicat, sentit.

Dolor ab inimico intenditur: ne doleas: frustratur votum, si rideas. Necessesse est (vide Augustin. in *Psal.* 36. & Tertul. de *Patientia*, cap. 8.) quod prius intus in-ferrentem flamma vastet, quam te calor & extrinsecus tener. Tuum corpus premit adversitas, illius animam putrefacit iniquitas. Facit te persecutio cautum, illum reum. Quis plus nocetur? Qui nocet. Consule Plutarch. libell. de *Inimicor.* emolumentis. Camerata rumpunt, ut secreta videant, &

Ingrata malignantium.

arcaniora audiant. Ni scires, laboreris. Accedunt sicut Satyrus igni, cum periculo barbæ. Prudenter tete geres, equidem & videris. Tacenda & dicenda callebis. Suffine & abstine. Non relinquat Dominus virgam peccatorum super sortem cum timentium; nisi tadio incurfus ad iniquitatem extendant manus. Amicos etiam perculit tribulatio. Confidera te & Deum duntaxat in mundo. Vindices iniuriarum corumpuntur. Tempus erit, quo iustitia iudicentur. Placide tolerandum, quod & invite ferendum. Bonum est praetolari cum silentio salutare Dei. Quorsum queri? Durum utique contra stimulum calcitrare. Quando de persequentibus faciendum iudicium? Sustinendum sane & tempus iudicium. Modicum & videbitur, & etiam modicum & non videbitur. Potest Deus omnia gravia solvere, & ignem extingueret; sed opus frustratur, si clamoris purgandi miseretur. Non amovebit ignem, nisi cordis videat omnimodo conversionem.

In illos sententiam.

Etenim aurifex (ait Chrysolom. in Epist. ad Rom. cap. 5.) donec aurum bene purgatum viderit, de consistorio non extrahit.

Chrysol.

*Sic & Deus non abducit hanc tribulationis nubem, donec nos penitus emendaverit. Tanquam aurum in fornace probat electos Dominus, & igne tribulationis fordidum peccatis; immittens per ignem amoris flammam; ut auferat ob pretiosa momenta totam scoriã, & metalli immixtam maculam, sufflans ignem; sed in purificationem. Satis est: at Dominus usquequod? Ni infirmus iacetes, quod tardat pius, brevitate diceres. *Infirmus facit, diu videri, quod cito est. Quomodo inveniuntur (quaritur Augustin. in *Psal.* praef.) desideria agnoscitur? Nihil tandiu, quam ut calix sipienti prepararetur: atque sifinatur a suis, ne forte offendantur infirmus. Quando fieri? Quando coquitur? Quando dabitur? Celebritas est in illis, qui tibi servant; sed infirmitas tua diuturnum putat, quod cito agit. Quiescat infirmitatis fervor: adhuc pusillum & non erit peccator. Cito erit, quod tibi diu. Si renuis sustinere adversarium, sustine Dominum.**

Intuitus oculi, salutis aegroti.

August.

11 Impellant in patientiam Ethnici; ut pudeat, a quibus vincare. Euclidi Megarensi concitatus animo quidam mortem se iuravit illaturum (inquit Basil. de *Legend. lib. Gent.*) Quid Euclides? Nunquid par pari retulit? Minime: sed iuravit, si inferret mortem, patienter laturum, & si quamvis infesto, se conciliatum iri. Arcadion Philippo Amintha filio maledicens, mo-

Basil.

monitus ut fugeret, a rege preoccupatus, & muneribus dimititur plenus. Postea ab amicis quavisit, quomodo de se Arcadion loqueretur? Laudatorem eximium testantur. Ego (dixit Philippus, ut refert Plutarch. libell. de *Ira conibend.*) melior medicus sum, quam vos. Reduxit aversum in amicitiam, quia habuit patientiam: igitur ut canit Publ. Syrus:

Potentia patientia.

Plutarch.

Publ. Mim.

Etiã qui faciunt, odio habent iniuriam.

Non tetegeret vexationem catholicus, si attendere non virgam percutientem, sed percutientis manus: equidem minime ad-
mittit canis rabide inderet lapidem, si respiceret qui mittit persecutionem. Palam constat fractus indignationis, in saxa, scilicet, conterere ac contringere dentes. Deus in cuius manu voluntas hominum, rogandas in patrociniis: quippequam tunc poena patienter fertur; ubi non quo, nec per quem, nec quid consideratur, sed a quo mittitur: igitur in stomacho non effervet bilis, modo aptareque voluntas voluntati mittentis. Hanc quoque animosam Demetrii fortissimi viri vocem audivisse me memini. (ait Seneca de *Provid. c. 5.*) Hoc unum Dei immortales de vobis queri possum; quod non ante mihi voluntatem vestram notam fecistis. Prior enim ad ista venissem, ad que nunc vocatus adsum. Vultis liberos sumere? Illos vobis sustuli. Vultis aliquam partem corporis? Sumite: non magnam rem promitto, cito totum relinquam. Vultis spiritum? Quidni? Nullam moram faciam, quominus recipiatis quod dedistis. A volente feretis, quicquid petieritis. Quid ergo est? Maluissimam offerre, quam tradere. Quid opus fuit auferre? Accipere potuissis; sed ne nunc quidem auferetis; quia nihil eripitur nisi retinenti. Nihil cogor, nihil patior invidus: nec servio Deo, sed assentio, eò quidem magis, quod scio, omnia certa, & in aeternum dicta lege decurrere. Causa pendet ex causa: privata ac publica longus oratio rerum trahit. Fortiter omne ferendum est, quia non, ut putamus, incidunt cuncta, sed veniunt. Olim constitutum est, quid gaudeas, quid feras. Summa in unum venit: accipimus peritura perituri. Quid ita indignamur? Quid querimur? Ad hoc parati sumus. Verba prorsus aurea, si operibus consona. Ergo dicat Christianus orthodoxus: Nonne Deo subiecta erit anima mea?

Conformitas cum divinis voluntate.

12 Alia reflexio, qua mansuetecet vel leonis ira, peccatori in cordis tranquillitatem inferenda. Diva dilecta Theresia est, vir-

tutis eius specimen, quæ nonnunquam in ter malleum & incidem: quæ cupiebat pati aut mori, & sine morte pro passione pati. Opus altruet, quippe auxilium non displicebit. Ut fractus persecutionum & iniuriarum sit opimus; alit consideret animus, prius læsisse Dominum, quam offensum: igitur ictus me minime læderet, nisi prius Deum iniquitate læsisset. Si ille tacer, & patitur, de quo querimus? Obliviscitur Dei offensa, & animus acerbitate commoveret de propria? Si amor in dilectum & diligendum regnaret, eius iniuria aegre solummodo ferret. Ergo languescit, ubi dilecti non zelatur honor, & maiestatis proteritur decor: maxime quia non interit nostra, nisi iniuria lædatur anima. Quid quod corpus læsum? Eius sane sufficit inordinatio, ut inferatur supplicium. Hæc excerpta ex *Document. 8.* Quid ultra? Fateor huic doctrinæ prompta recogitatione vel in fervore iracundia fringere ignem, rigere fervorem, aëstum adstringi, flammam coagulari, motum immobilem, sensum insensibilem, impetum sine motu, atque animam sine animo, quo labia hiscant, quin voces faucibus harent. Meritis homuncule iniuriam? Cur refugis istam poenam? Non mereris? Falleris: mereris, quia dicis. Quis ex hominum propagine quit dicere iure: *Mundus sum a forte?* Non mereris? Sit, at succenses: habes aliud quod deluas crimen: nec congruit peccantem corripere peccatorem. Non habes? O felix! Ne irascaris: quam misit adversarius contumeliam, patientia commutabit in coronam. Iam Dominum ictus iniuria tetigit, dum ad te tranhit. Tacet innocens & impollutus; & vociferabitur qui nequaquam integregatus a peccatoribus? Sile saltem, quia ille silet: patientiam habe. Utillus utique quod fluctus super te transeat, equidem abyssus indignationis abyssum invocat. Quiesce: igitur decernit Deus nos conformes heri imagini Filij sui. Qui non renuit protectionem, non formidabit specimen. Adificaris lapis vivus domus spiritalis, ut fulgeas in aula Ierusalem celestis.

Div. Theres.

Dei patientia excitatur nostra.

Tanquam in pressuris. Excoluntur lapides.

Igitur sine ictibus, esto imagines, deformes. Signa sine tribulationis signis abolentur, qui pie vivere volunt, persecutionem patiuntur. Remitte, ut tibi ignoscas, equidem lues, in quas intenderis poenas. Non quiescis? Fatigaberis, & pro vitæ conatu vitam amittes.

Mo.

13. Modò in testimonium Davidicum. *Habitaſſet in inferno anima mea.* Quomodo in hoc mundo & in inferno? Dum excutitur impatienter perſecutio. Infernus terra miſeria & tenebrarum, ubi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. Conſidera impatientem iniuriæ vindicem. Ubi vulnus, ibi manus: ubi cauſa vulneris, tota viſ cogitationis, ut deſtruat etiam quem præſumit immittemtem, quin compeſcat propriæ vitæ diſcrimen. Recedit ab his quæ agit, & quod placuit modò diſplicet, extra ſe raptus & ſtrepticus, quippe in cunctis agit, & ſimul agit fuſioſus. *Fuſentium* (ait Seneca 1. de Ira, cap. 1.) *certa indicia ſunt auidæ & minax vultus, triſtis ſpſ, torva facies, citatus gradus, inquietæ manus, color verſus, crebra & vehementius acta ſuſpiria. Ita iracentium eadem ſigna ſunt: flagrant & micant oculi, multus ore toto rubor, aſtuante & ab imis præcordiſ ſanguine, labia quatuntur, dentes comprimentur, horrent ac ſurriguntur capilli, ſpiritus coactus ac ſtridens, articuloſum ſeipſos torquentium ſonus, gemitus mugitusque, & parum explanatis vocibus ſermo præruptus, & compoſe ſepius manus, & pulſata humus pedibus, & totum concitum corpus, magnæque minas agens, ſæda viſu & horrenda facies depravantium ſe atque tumentium. Neſcias utrum magis deſteſtabile vitium ſit, an deſorme. Nulla planè interior cogitatio, quæ non deturpet, & appareat in vultu. Signat in Tetraſtic. Nazianz.*

Iratus fuſioſus.

Senec.

Greg. Naz.

Virgil.

Quæ cogitet & non cogit.

Auguſtin.

cum: arcum tendit, ſagittam parat, ſternuntur fraudeſ, vocantur & falſi teſtes, latent doli, aprantur inſidie, cunicularum ſemitæ; ſed caſſum omninò votum, imò aliquando ſagitta torquetur in ſagittarium. Inde mæror, & ex mærore furor, quo convertitur in dæmonem, iram fovens implacabilem: equidem in ſe convertit gladium, quem nequit in inimicum. Adinſtar facile vindicta ſedet in pectore: neceſſe utique quòd in ſe priùs ſaviat & ardeat, quam aliquid extra accendat, ut flamma nocear. Adinſtar apis, quæ pungendo rumpitur, & ævigerata moritur. Concipit dolorem & parit iniquitatem. Cuncta movet pro vindicta, imaginatione læſa, adinſtar ſcorpionis pectore venenato, cuius cauda lethalis ſemper in ſe. Adinſtar ſilicis concipit latenter iras, ſiquidem taſtu levi illico erumpit in flammæ. Foveam aperit, ſed incidit in quam fecit; lapſu comprobante delirium, igitur propter alienum, proprium non cogitat lapſum. *Carere dementia furor neſcit. In ſe namque ſevit, quoties in alterum tendit:* inquit Chryſologus Serm. 173. En infernus, dum mentem iugulat furor: etenim nullus ordo rationis, ſed ſempiternus horror.

Similis ſaccula apis, ſcorpionis, & ſilicis.

Chryſolog.

Patiens ſimilis pipere, urtica, roſæ, baſilico, & ſcopulo.

15. Satiùs, ni fallor, erit adſceſcere patientiam, quàm vindictam: iactare cogitatum in Domino, ne ſit nec iniuriæ cogitatio, qua pectora aſtuant; ut placido corde reliquæ cogitationis feſtum agant: quandoquidem incogitato opprobrio, hæc vult reliqua homini pacifico. Irruat inimicus; ruet. Pungat acer: vapulabit. Adinſtar pipere patientia tundentem lædet: urtica ſimilis tangentem aduret. Roſa eſt tolerantia, ſpinis vallatur pulchra: accedat adverſitas, appropinquet calamitas: ruet iterum auidæ manus extenſa, dum configitur ſpina. Ocimum ſanè præſtantiffimum, ſed quaſſatum, tangentem ducit in lethum. Tunc mare fluctibus: ſicut uti ſcopulus immobile pectus: licet illud æſtuet, hic conantes frangere fragit. Sic itur ad aſtra: & fructus laborum aſteruntur in patientia; dirigitur iuſtus in cœlum, ac conſumitur nequitia peccatorum. Sub icu & impulſus in necem, habeat David inſenſiſſimum Saullem. *Propitius* (ait) *ſit mihi Dominus, ne faciam.* Non Sauli propitium Dominum optat; ſed ſibi. Perproptie, quippe ſe priùs interimeret, quàm hoſtem inſidiantem trucidaret: propitiumque Dominum expetit, dum ab illo impune hoſti malitia indulgetur; ſiquidem priùs quàm corpus hoſtis amitteret vitam, Da-

1. Reg. 24. 7.

Patientia in hoſtem armat.

David percuciens perdidit animam. *In ſublimi dedocet filioſ memoriam iniuriæ illatæ. Actus vitæ ſuæ omni hora cuſſodire:* inquit cap. 4. *Inſtrum. 48. Sanct. Regul. lam Inſtrum. 30. dixerat: Iniuriam non facere, ſed & factam patienter ſufferre.* Quare ergo per actum vitæ cuſſodiam, docet diſcipulos condonandam iniuriam? Ut ſint, quod ſunt, ſcilicet rationales, compoſtementiſ. Actus rationales vitæ fugat memoria illatæ immeritò offenſa: rationis claret ſuſpenſio, iniuriarum recordatio: & ut iniuriam læſi libenter remittant, monentur, quòd actus vitæ cuſſodiant; quippe nullus videtur rationis uſus, cuius non videtur actus, etenim qui pro vindicta cogitantur in perniciem, haud rationale ſignant, ſed furentem. Hi ſunt actus, ſcilicet Monastica vitæ, comprobantes poſſeſſionem animæ; cum malint læſi mala non committendo patienter ferre, quàm non ferendo committere: igitur qui præpetes prolabantur in vindictam, ſanequam non habent animam. *Quis enim ultra* (inſit Auguſtin. præfat. in *Psalm.*) *inimicum dicat eum, cum quo unam ad Deum psalmi emiſerit vocem?* Nulla itaque gratia etiam in labijs? Nullus itaque honor in honore labijs, ſi cor longè. Errat eundo, qui labioſtenus, intimo cordolio,

2. Cor. 6. 4. 6. 1. Petr. 4.

Erit patientia, ſi Dei cogitatur in iuria.

Luc. 21. 19.

Cogitatio vindictæ mors eſt animæ.

Homo vindex non eſt homo.

17. S. Benedic. ſtylo ſingulari, phraſe ſublimi dedocet filioſ memoriam iniuriæ illatæ. *Actus vitæ ſuæ omni hora cuſſodire:* inquit cap. 4. *Inſtrum. 48. Sanct. Regul. lam Inſtrum. 30. dixerat: Iniuriam non facere, ſed & factam patienter ſufferre.* Quare ergo per actum vitæ cuſſodiam, docet diſcipulos condonandam iniuriam? Ut ſint, quod ſunt, ſcilicet rationales, compoſtementiſ. Actus rationales vitæ fugat memoria illatæ immeritò offenſa: rationis claret ſuſpenſio, iniuriarum recordatio: & ut iniuriam læſi libenter remittant, monentur, quòd actus vitæ cuſſodiant; quippe nullus videtur rationis uſus, cuius non videtur actus, etenim qui pro vindicta cogitantur in perniciem, haud rationale ſignant, ſed furentem. Hi ſunt actus, ſcilicet Monastica vitæ, comprobantes poſſeſſionem animæ; cum malint læſi mala non committendo patienter ferre, quàm non ferendo committere: igitur qui præpetes prolabantur in vindictam, ſanequam non habent animam. *Quis enim ultra* (inſit Auguſtin. præfat. in *Psalm.*) *inimicum dicat eum, cum quo unam ad Deum psalmi emiſerit vocem?* Nulla itaque gratia etiam in labijs? Nullus itaque honor in honore labijs, ſi cor longè. Errat eundo, qui labioſtenus, intimo cordolio,

S. Benedic.

Rationis amentia iniuriarum memoria.

Auguſtin.

Virgil.

Labor ad Dominum via.

Math. 24. 29. 30.

Non obruitur tribulatione, qui non heret tempeſtati.

16. *In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras:* dixit Magiſter cœleſtis à mundo ſurioſo perſequentibus diſcipulis. Si habent aſſecta patientiam abſturbie quòd perdet vitam. Quo igitur pacto amiſſa patientiã vita, poſſidebitur anima? Quia amiſſa vita: igitur priùs eligenda mors corporis, quàm vindicta perſequentis. Cogitatio vindictæ mors eſt animæ: & mente caret, qui patientiã non conſulit etiam cum periculo vitæ, in gravi perſecutione: ſiquidem ſolidum amittere animam, ut perſecutor poſſit amittere vitam. Aliquid magnum latet in documento pro perſecutorum commodo. *Per patientiam* (ait Gregor. Magnus Homil. 35. in *Evang.*) *poſſidemus animas noſtras, quia dum nobis ipſis dominari diſcimus, hoc ipſum incipimus poſſidere quòd ſumus.* Optimum. Verum quid? *Hoc ipſum?* Homo rationalis eſt pro animam: & anima non poſſidetur niſi habita per patientiam: quippe minimè indicat habere animam rationalem, qui pro vindicta fovet in mente furem. Vulnus honoris vel corporis meditatatur, extra ſe, ſefe crucians, vindictam ita molitur; ut quod agit neſciat, & agendo non agat: ſiquidem ſignis, motu corporis, agritudinē mentis, actionum ſuſpenſione & impulſu, vultu ac dolore alieno, corde perculſo, fodicante cordolio, tremore manuum, tremulatione laborum, anguſtia ſpiritus, depreſſione gemitus, quippe non eſt, ubi eſt, & debet eſſe ſed quòd dolor ducit) quiquis videt hominem, conſiderabit amentem: perperamque poſſidebitur anima rationalis, dum rationali deſicit uſus uſquequaque rationis.

Præpetibus pennis auſus ſe credere cœlo. Virgil. 18. Cauſa obijcenda ignavis, ut reſpondeant icibus vocationis. Ambulante Domino ſuper maris aſtuantis irati fluctus, etiam cupivit ambulare Petrus. Mare ſignat mundus, fluctus irruentes incurſus perſecutionum, qui frangendi remigando, ſavente Domini aſpectu: igitur laboribus, eſtò immineat naufragium, quali compendio pervenitur ad Dominum. *Deſcendens Petrus de navicula, ambulabat ſuper aquam, ut veniret ad Jeſum.* Ita factum: at ventum validum timuit, & mergi cepit. Quid enim prævalere quibat ventus, quandiu Petrus calcat fluctus? A Chriſto immiſſa tempeſtas, ut probaret remigantes, ac donaret tribulatoſorum pro ſeſu Chriſto coronis: Petrusque qui fidenter ſuper fluctus maris graditur, validum ventem videns facile mergitur; quoniam conſiderabat in procella tempeſtatem, & nullo modo in tempeſtate mittentem. Tunc acriùs debebat oculos in Jeſum figere, dum ſervebat fluctibus commotum implacabile mare: & ut doceat quomodo ferenda perſecutionis tempeſtas; cepit mergi qui audacter ambulabat ſuper aquas: equidem reſpicere debebat in Dominum, & videbat

bat ventum validum. Ducitur etiam maris mundi fluxu & refluxu continuo, quem non gravat commota undecunque tribulatio; quippe quod gravius movet, magis ad Iesum impellit: mergiturque Petrus, qui calcabat fluctus, quia à Domino avertit oculos; igitur sæpe summergeitur cor afflictum tempestatibus, ubi in illis à Domino leviter etiam removetur intuitus. Semper in Deum debet intendere cogitatio, ne obruat exorta ac excitata commotio, qua ad se trahere conatur tribulatos per tribulationis fluctus: dum Deus respicitur, fluctus superantur: ubi fluctus, vel pia cogitationes summergeuntur: fitque ambulanti impedimentum, quod largitum ut subsidium; quippe magis removetur animi commotione, à quo commotione fluctum desiderabat accedere. Hinc Christus manum extendit, dum accedentem propè naufragum videt; qui periculo fatetur periculum respiciendi in fluctus prætercentes commotionum: hi profectò transeunt: ille stat super fluctus in auxilium: equidem, ut superetur tempestas, & cordi redeat optata tranquillitas; intendendum non est in urgentiam vehementioris tempestatis, sed in faciem Salvatoris, in tanta urgentia auxiliari potens. Manum extendit, ut videret, in quem respiceret; & in tempestate ad se, uti volebat, naufragum traheret: apprehensioque Petro, extensa manu, evanuit fluctum commotio; quippequam mundi tentationibus mergi non valet, quem Deus in ipsis commotionibus apprehenderit.

19 Apis, ut dixi, percussione moritur, quippe regem in exemplum expositum irata non imitatur. *Pugnacissima sunt* (ait Seneca de *Clementia*, cap. 19.) & *aculeos in vulnere relinquunt, rex ipse sine aculeo est. Natura telum detrahit, & iram eius inermem reliquit.* Rex N. Christus Dominus, qui pro nobis passus, nobis relinquens exemplum, ut sequamur vestigia eius, cuius in ore non dolus: qui cum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur. Qui quidem discipulis pro iniuriarum repulsa, dicentibus: *Eccc duo gladij hic*: respondit in exemplum, *Satis est.* De quo alibi. Docet rex apum rationalium patientiam, & nullo modo vindictam, qua maius damnum ulitori, quam patienti: equidem minimè tribulationibus tæbesceremus in damnum, si regis tanta immerito patientis imitarem exemplum. Si imitat memoria alicuius, estò gravis offensæ, respice in faciem Christi tui. Patientia telum detrahit, & inermem

Tantum Dei voluntas, non tempestas.

Verf. 31.

Deus tantum in procelis auxiliium.

Senec. Patimus vulnus, quia vindicari volumus.

Luc. 22. 38.

Si respectum in Christum, vitium est, quod doli in tribulatione.

ipsis hostibus reliquit. Græve non erit, non eximere gladium, igitur in tolerantia, quam in ultione amplius invenitur commodum: quippequam cæco furore, & impulsu vindictæ, dum hostis aut leviter percutitur, aut non percutitur: & apes eviceratur. Sic David ridet perpetuis hostes inermis. *Circumdedere me sicut apes.* Vel iracundiæ remissuri ignem, vel passuri mortem. Videant quid agant: sanè morituri si vulnerant. Irruunt, sed lethaliter cadunt; siquidem insiguntur insigentes aculeum. Ultio datur patientiâ, ex nomine Domini; qui iubet animum ab ultione subtrahere: & dum videt pugnas validos, sicut apes, inimicos, *ultus dicitur in eos*; quia persequentium patent viscera rupta, dum toleravit patiens vulnera levia.

20 Ergo constituenda à nobis dominici sebola servitij (ait Div. Benedictus quo sup. in *Prolog. div. ult.*) in qua institutione nihil asperum, nihil grave. Quanam gravitas, cælum portare, portandi à cælo?

Ultimus cælum labor irreflexo Sustulit collo: pretiumque rursum Ultimi cælum meruit laboris. Canit de Hercule Boëtius de *Consolat.* lib. 4. Metr. 7. verf. 28. Magnum sanè laboris virtutisque pretium & præmium, credi hominibus cælum portandum: igitur si onus sentiunt humeri, leve profectò, quia cæli. Si humeris ferentis pondus, propterea exaltabit caput.

Omnia sunt etenim tendenti ad summa; tenenda. Sic se supposuit placidi conviva Molorebi, *Ardua cum sessus sidera fulsit Atlas.* Succinit Achilles Boëthius *Symbol.* 138. & Chrysof. de *Martyr.* ferm. 2. ibi videntur *pares virtutes, dissimiles pugna, gloriose victorie.* Nemo coronabitur, nisi qui legitimè certaverit. Unde *Christi pugna delicatus es miles, si putas te posse sine pugna vincere, sine certamine triumphare.* *Virtus nam vidua est, quam non patientia format.*

Ait Prudentius in *Psychom.* v. 245. & unde sumatur, Nazianzenus in *Tetraëstich.* 41. *Cum tu dolore læsus ardes maximo, Christi memor sis vulnerum: pars & quota Sit hæc dolorum quos herus tulit tuus.* Sic nempè, *ut undis obrutus, mæror perit.* Glorietur ergo in infirmitatibus, in laboribus, in plagis, divini signis amoris: equidem amoris signum, quo purgamur in cælum. Sicine Mercurius tacens & exultans inter veraces erumpentes flammæ, ut ait

Psalm. 117. 12.

S. Benedicti.

Boet.

Calum datur pro la. bore.

Achill. Boeth.

Chrysof. Natus cum patientia Christi.

Prudenti.

Greg. Naz.

Qua modo pena, gloria, & in gloriam.

ait Boëthius quo sup. *Symbol.* 143. secum loquitur: *Euge beate ignis zephyri aurâ incese supermi, Mortale in nobis excoque quidquid inest.*

Boeth.

DIDASCALIA III.

In nos officium SS. Angelorum, quantum officium?

Dixi plura Tomis prioribus, & quanta gratia, quod Custodes vigiles adfint hominibus. In Literæ expositione expensa plura, at esto plura, non rependitur gratia.

Officia Angelii Custodii.

Idem.

Amplior favor gratie sub doloris specie.

Deut. 6. 16.

Exod. 17. 3.

In respicietiam dolor non dolor dicendum, sed amor.

amor, de salute sollicitior, dolorem misit ut audaces compesceret, sed nequaquam ut occideret.

2 Frequenter enim peccatores irascuntur, quoniam non exeunt concupita ad votum. Sequuntur voluptatem, ac inveniunt ab Angelo infectam amaritudinem, qua fastidiant bona falsa, quia felle imbuta tanquam pabula fraudum, atque dulce nocumentum. Studium est, quod amari aliquid surgat, & in ipsis floribus angat. *Hæc faciunt homines plerumque cupiditate caci.*

Et tribuant ea qua non sunt his commoda veri.

Lucret.

Ut canit Lucretius lib. 4. de *Rer. natur.* verf. 1093. Fomite voluptatis trahitur homo delicijs, et si cognoscat divinas frangere leges: verum invenit anfractum, ubi concepit delictum. Quid non faceret cupiditatis obsequio, qui ita irritatur absinthio? Quis sic medicatur herbas, ut fugiat, atque evanescat in voluptate voluptas? Angelus focus, qui celestis medicus: igitur si homo à serpente percutitur; aperi non miseretur, ut miseretur. *Non dimittit, cum peccaveris*; sed inlinit in dolorem vi doloris; quin amoveat manum, quousque præcordia vomant lethale toxicum, abundantius gratia in delinquentem, quoniam illum erudit & per dolorem. *Non dimittit, cum peccaveris*: eluect custodia officium & amoris obsequium siquidem habes, quod amicitias odit; & tamen diligit. Non dimittit, cum peccaveris. Caietan. ex Hebr. *Non parcat sceleribus.* Alapud. *Punit se, Caiet. Alapud.* Hic est amor Angeli, non parcere scilicet delinquenti, nec relinquere in præceptis, in impulsu phrenetico voluptatis: igitur illum comitando desereret, ni delinquentem pro salute percuteret.

Angelus aperi ob miseratur.

Exod. 3. 24.

Caiet. Alapud.

3 In preilura Petri dormientis inter catenas, exponitur peccatoris stoliditas, & vigilantia Custodis specimen, ut evadat illeaqueatus, in quod incidit, vite dilectæ subituras discrimen. *In ipsa nocte (dicitur) erat Petrus dormiens inter duos milites, vinculatus catenis duabus; & custodes ante ostium custodiabant carcerem*: ecce Angelus Domini affuit, & *lumen resulsit in habitaculo*; percussitque latere Petri, & *excitavit eum dicens: Surge velociter*, & *exciderunt catena de manibus eius.* Ita Petrus iacet prævalens per fidem: non aliter homo iacet per iniquitatem, obiens vita periculum, ad cuius effugium est necessarium miraculum: equidem si in catenis peccator quiescendo dormiat, miraculum sanè quod

Act. 12. 7.

Magnum peccatoris periculum, ubi in effugium necessarium miraculum.